

teum ad aliud septem diebus; si usque ad tertium, A octo diebus; si usque ad quartum, quindecim diebus, et lnteamina quae tenent stillam per tres abluit vices calice subtè posito, et aquam ablutionis sumat. Si quando interluitur calix, stillaverit, prima vice duodecim canantur psalmini a ministro. Si tibi baverit sacerdos super orationem Dominicam, quæ dicitur <sup>a</sup> periculosa, si una vice quinquaginta plagas, secunda centum, tertia superponat. Qui vomit sacrificium, et a canibus sunitur, anno uno pœnitent; sin autem, quadraginta diebus; <sup>b</sup> si inde quando communicaverit sacrificium, evomuerit, si ante [post] mediam noctem, tres superpositiones faciat; si vero sacrificium evomuerit, quadraginta dies; <sup>c</sup> si infirmitas causa, septem dies; si in ignem projicit, centum psalmos caplet; si vero canes lambuerint talerum vomitum, centum dies qui evomit pœnitent. Qui communicaverit sacrificium inconscius [conscius], septem dies pœnitent. Quicunque alicui capitale crimen admittenti per ignorantiam communicaverit, septem dies pœnitent.

## CAPUT XIV.

*De reconciliacione et aliis, etc.*

Qui multa fecerit idem, homicidium, adulterium cum muliere, et cum pecore, et furtum, eat in monasterium, etc., pœnitent usque ad mortem. Si quis presbyter <sup>d</sup> pœnitentiam morientibus abnegaverit, reus erit animarum, quia Dominus dicit: *Quicumque die conversus fuerit peccator, vita vivet, et non morietur* (*Ezech. xxxiii*). Vera enim conversio in ultimis tempore potest esse, quia Dominus non sumus temporis, sed etiam cordis inspector est, sicut

<sup>a</sup> It. Ms.<sup>b</sup> Forsan, si antequam.<sup>c</sup> Leg. infirmitatis.<sup>d</sup> Absolucionem qua pœnitentiae sacramentum completur.<sup>e</sup> Forsan, excommunicantur.

Intro uno momento meruit esse in paradiiso, in hora ultima confessionis. Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis qui orationes et lectiones secundum ritum implere non potest. Graeci omni Dominica communicant, clerici et laici; et qui in tribus Dominicis non communicaverint, <sup>f</sup> excommunicantur, sicut canonæ habent. Romani similiter communicant qui volunt; qui autem noluerint, non communicant. Graeci et Romani tribus <sup>g</sup> a mulieribus, sicut in lege scriptum est, ante panis propositionis consummationem, <sup>h</sup> pœnitent. Pœnitens secundum canonæ non debet communicare; nos autem pro misericordia per annum aut sex menses licentiam damus. Pro defuncto monacho missæ agantur die sepulturae ejus, et tertio diæ, et præterea quantum voluerit abbas; pro laico bono, tertio die vel septimo. Potest esse jejunium pro pœnitente vigesimo die vel septimo; et propinquos ejus oportet iugare septimo die, et oblationem offerre ad altare, sicut in Jesu filio Sirach legitur (*Ecclesi. xxii*), et pro Saul filii Israel jejunaverunt (*I Reg. xxxi*), postea quantum voluerit presbyter. Mulieres possunt sub nigro velamine accipere sacrificium: Basilius hoc judicavit. Episcopis licet in campo confirmare. Presbytero in uno altari duas facere missas conceditur uno die. Omne sacrificium sordida vetustate corruptum, igne comburendum est; <sup>i</sup> confessio autem Deo soli ut agatur, si necesse est, licet. Missas sæcularium mortuorum [sieri licet] ter in anno, tertio die, et septimo die, et trigesimo die, quia C surrexit Dominus tertia die, et hora nona emisit spiritum, et triginta dies Moysen filii Israel planxerunt.

<sup>f</sup> Forsan, diebus.<sup>g</sup> Forsan, abstinent.<sup>h</sup> Dum non adest copia confessarii ante missam, procuraria contritio de peccatis tum Deo soli confitendis.

ANNO DOMINI DCLXIX.

## VITALIANUS PAPA.

## NOTITIA HISTORICA.

[Ex Mansi, amplissima Conciliorum Collectio.]

(a) Vitalianus, natione (b) Signiensis, provincie Hispaniae, de patre Anastasio, (c) sedi annos xiv,

(a) *Vitalianus*. Ultima mensis Angusti, anno Domini 655 [Al., 656], in locum Eugenii successit Vitalianus, patria Signius. Hujus temporibus orientales Saxones fidem suscepserunt. In Anglia de tempore paschalis celebrandi gravissime disceptatum habuit. Sev. Bin.

(b) *Signiensis*. Sic dictus a Signia civitate apud Bernicos, longe ab Urbe trigesimo lapide in via Laurentiana sita. Id.

D menses sex [Al., quinque minus diebus iv]. (d) Hic direxit responsales suos cum synodica juxta consuetu-

(c) *Sedit annos xii, menses sex*. Menses quæ nque minus quatuor diebus post annos xii sedisse, patet ex initio et fine suscepti pontificatus. Id.

(d) *Hic direxit responsales suos*. Eadem legatione Vitalianus litteras dedit ad Petrum Constantinopolitanum episcopum, hortans eum ad fidem catholicam amplexandam; ad quam ille rescribens ait se ista prosteri quæ veteres Patres docuerunt; quod ut confirmaret, eorum testimonia (quoniam non satis

mina mortuorum, et simul nominaverit haereticos cum catholicis, post missam intellexerit, hebdomada pœnitentia; si frequenter sacerdit, integrum annum pœnitentia. Si quis autem pro morte haeretici missam ordinaverit, et pro legione [religione] sua reliquias sibi tenuerit, quia multum jejunaverit, et nescit differentiam catholicæ fidei, et Quartadecimæ annorum, et postea intellexerit, pœnitentiamque egredit, reliquias debet igne cremare, et uno anno pœnitentia; si autem seit et neglexerit pœnitentiam, communitus decem annis pœnitentia. Si autem a fide Dei discesserit sine ulla necessitate, et postea ex toto animo pœnitentiam accipit, tribus annis extra ecclesiam, id est, inter audientes, iterum renato juxta Nicænum concilium, septem annis in ecclesia inter pœnitentes, et duos annos adhuc extra communionem.

## CAPUT XII.

*De baptismo reiterato et opere scripti in festis, etc.*

Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pro eo pœnitentia, nisi quod secundum canones non possunt ordinari nisi pro magna necessitate. Qui autem non ignorant utrum baptizati sunt, quasi iterum Christi crucifixirint, septem annis pœnitentia quarta feria et sexta, et tribus Quadragesimis, si per vitium aliquod fuerit; si autem per munditiam licitum putaverunt, tribus annis, sic pœnitentia.

*De opere die Dominicæ.*

Graci et Romani navigant, equitant, panem non faciunt, nec in curru ambulant, nisi ad ecclesiam tantum, nec balneant. Graci non scribunt in publico, tamen pro necessitate seorsum in domo scribunt. Qui operantur die Dominicæ, eos Graci prima vice arguunt, et secunda tollunt aliquid ab eis, tertia vice tertiam partem de rebus tollunt, aut vapulant, vel vii dies pœnitent. Lavacrum capitum potest esse in Dominicæ, et in lixivio pedes lavare licet. Si quis autem Dominicæ die per negligentiam jejunaverit, hebdomada tota debet abstinere; si secundo, dies viginti pœnitent; si postea, quadraginta dies. Si pro damnatione diei jejunaverit, sicut Judæi, abominabitur ab omnibus Ecclesiis catholicis. Si quis autem contempserit interdictum [indictum] jejunium in Ecclesia, et contra decreta seniorum fecerit, d sine Quadragesima quadraginta dies pœnitent, si autem in Quadragesima, annum unum pœnitent; si frequenter fecerit et in consuetudine erit ei, exterminabitur ab omni Ecclesia Dei, Domino dicente: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, et reliqua (Matth. xviii).*

## CAPUT XIII.

*De ministerio ecclesie et reconditione, etc.*

Pro bonis rebus offerre debemus, pro malis ne-

<sup>a</sup> Forsan, maneat.

<sup>b</sup> Id est, candorem, seu simplicitatem.

<sup>c</sup> De antiqua consuetudine non jejunandi die Dominicæ aut in quinquagesima Paschæ, vide notata ad c. 9 Reg. coenobial.

<sup>d</sup> Sine, id est, extra.

<sup>e</sup> Forsan, accipientibus.

A quaquam, presbyteri vero pro suis episcopis non prohibentur offerre. Qui communicaverit nec ignorans excommunicato ab ecclesia, quadraginta dies pœnitentia. Si quis errans communicaverit aliquid de verbis sanctorum, ubi periculum adnotaverit, tres superpositiones faciat. Si sacrificium terra tenus negligendo cederit, superponat. Qui sacrificii aliquid perdit, relinquens illud feris devorandum, si excusabiliter, tribus Quadragesimis; sin vero, anno uno. Qui non bene custodierit sacrificium, et thus comederit illud, quadraginta dies pœnitentia; qui autem perdiderit in ecclesia, et [aut] para cediderit, et non inventa fuerit, viginti dies pœnitentia; qui autem perdiderit suum chrismale, aut solum sacrificium in regione [loco] qualibet, et non invenitur, tribus Quadragesimis vel anno pœnitentia. Perfundens aliquid de calice super altare quando auferuat linteum, septem dies pœnitentia; aut si habuerit ea superpositiis septem pœnitentia. Si accendentibus de manu sacrificium acciderit in stramen, septem dies pœnitentia a quo cediderit. Qui autem infuderit calicem in fine solemnitatis missæ, quadraginta dies; si vero neglexerit quis accipere sacrificium, et non interrogat, nec aliquid cause excusabilis extiterit, superponat; et qui acceperit sacrificium pollutus nocturna visione sic pœnitentia. Diaconus obliviscens oblationem auferre, donec auferatur linteum quando recitantur homina paucantulum, similiter pœnitentia. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, aut sic trans vermisque consumit, ut ad nihilum devenerit, tribus Quadragesimis cum pane et aqua pœnitentia.

C Si integrum inventum fuerit, ita ut sint in eo vermes, comburatur, et cinis sub altare abscondatur, et qui neglexerit & quatenus Dominicus dibus <sup>a</sup> sicut negligentiam solvat; si autem amissione saporis decoloratur sacrificium, viginti expleatur jejunium; conduratum vero, septem diebus; qui autem mergit sacrificium, continuo bibat aquam, et quod in chrismale fuerit sumet sacrificium, et emendet per decem dies culpam solutus. Si cediderit sacrificium de manibus offerentis terra tenus, et non invenitur, omne quodcumque inventum fuerit in loco in quo cediderit comburatur, et cinis ut supra abscondatur; sacerdos deinde anno damnetur. Si vero inventum fuerit sacrificium, locus scopula mundetur, et stramen ut supra igniat, et sacerdos viginti dies pœnitentia; si usque ad altare tantum lapsum fuerit, superponat; si vero per negligentiam de calice aliquid stillaverit, lingua lambatur, tabula radatur; <sup>b</sup> si nou fuerit tabula, ut non conculetur locus corradatur, et igne consumatur ut supra, sacerdos quinquaginta dies pœnitentia. Si super altare stillaverit calix, sorbeat miniser stillam, tenuis pœnitens diebus; et si per unum lin-

<sup>f</sup> Mortuorum, ut mos erat plurimum Ecclesiæ, inter sacra mysteria peragenda recordatio.

<sup>g</sup> Forsan, quaternis.

<sup>h</sup> Ita hæc duas lineas in Ms. penitus depravatas restitui ex dist. 2 de consecrat. c. 27, unde proxime et præcedentia et sequentia auctor sumpsit, variatio paululum verbis.

Iaque sanctorum Patrum ejus-causæ meritum requiri ceteremus, et sententiam promulgaremus. Obtulit illico et sententiam apud tuam fraternitatem conseliam subscriptamque ejus eorumque episcoporum manibus. Igitur post aliquos dies ad ejus preces coacervati cœtum in hac urbe Romana antistitium fecimus, ut nobiscum considentes et petitio ejusdem episcopi, et acta sacerdotaliter cognoscerentur. Dum ergo esset in hac Romana urbe congregata eadem synodus episcoporum pro bujusmodi negotio audiendo vel faciendo, statim nobis nuntiata sunt ejusdem exemplaria actionis, a tua fraternitate directa; quæ suscipientes atque conferentes invicem, ita iuvenimus contineri in verbis et sensibus, sicut ea quæ nobis præstatis episcopus obtulerat, subscripta manu episcoporum, et tue dilectionis. Quam obrem admirati sumus, quia per suum clericum hanc vobis minime direxerit. Si enim forsitan tempus hoc prohibuit incongruum, cur absque suo scriptio hanc usque nos minime direxit. Cumque recensita esset sententia coram nostris fratribus episcopis, visum nobis eisque est, quod non secundum timorem Dei neque secundum instituta Patrum, sacrosque canones, ejusdem Joannis antistitis Lappæ est causa cognita et terminata, vel penitibus submissa ejus persona. Propterea non leviter contristati sumus, maxime quia et sub custodia missus est idem Joannes antistes Lappæ diebus aliquot, et exinde adducetur in secretarium tue fraternitatis, ut quod volles, inquit, loqueretur, ac rursus sub custodia ducebatur ad clausuram, sicuti habet confessio defensoris tue dilectionis in sententia ab eo facta; ius super et hortabatur contra canonum jussa, contra que legum instituta existens, ut daret fideiussorem. Deinde oportebat tuam fraternitatem secundum canonom vigorem, tempore quo se petlit ad nos venire, cum absolvere tuis litteris: quem non solum noluisti canonice absolvare ad principis apostolorum litaniam, sed magis respondisti ei indecenter, inquiens: Quia non competenter queris. Quæ ergo sancti sanxerunt Patres, indecentia sunt? An placentia tibi decentia sunt? Igitur prefatum Joannem antistitem aequæ [Ed. Rom. atque] inculpabilem reperientes, juxta textum sententiae a te nobis directæ, fecimus nobiscum cum episcopis ad missarum solemnia in ecclesiæ Dei præcedere. Itaque statuimus atque firmamus per hujus nostræ præceptionis autoritatem, omnia quæ a te iuaque synodo contra canonum instituta contraque legum decreta gesta consecrata sunt, vel sententiam promulgatam adversus eum, inania et vacua esse; sed quidquid claruerit eum damnificatum, ejusdemque ecclesiæ a quoquam, ei tua dilectio faciat redi, per omnia conservans eum absque damno. Denominatum enim Joannem, utpote innocentem existentem, cum praetenti nostra præceptione absolvimus hinc, ut sicut cœteri tue dilectionis episcopi, et is suæ ecclesiæ utilitate eum Dei peragere timore, sacrarumque regularum instituere debeat morem. Oportebat denique,

A dilectissime frater, oportebat nos similia similibus retribuere. Sed haec magis per ignorantiam opinamur gesta esse, quam per calliditatem. Propterea quæ præcipimus tibi secundum Deum, et proprie dominum, tueque synodo, stude illico peragere, ne cogamur non misericorditer, sed secundum virtutem sacratissimorum canonam conversari. Scriptum namque est: Dominus inquit: Petre, regavi pro te, ut non deficeret fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Et rursus: Quodcumque ligaveris, Petre, in terra, erit ligatum et in celo, et quodcumque solveris in terra, erit solutum et in celo. Postquam vero nostram præceptionem tua dilectio relegerit, hanc præsenti portatori Joannis episcopi nimirum reddat pro sui ejusdemque ecclesiæ munitione. Data B die vi Kalendas Septembri, indictione II.

## EPISTOLA II.

## AD VAANUM CUBICULARIUM IMPERATORIS:

Cum Joannes Lappæ episcopus contra canones fuerit condemnatus, cupit ut ejus opera sue Ecclesia restituatur.

Vitalianus Vaano cubiculario et imperiali chartrario.

Semper celsitudo vestra piis hominibus præbuit concursum, semperque irreprehensibiliter viventibus tribuit libenter opem. Ideoque conguum prævidimus, per præsentia nostra scripta, Joanneum antistitem ecclesiæ Lappensis, sita in insula Creta, ei in omnibus commendare, quatenus divina ope prævia, ejusque suffultus suffragio, valeat ad sanctam celebriter remeare ecclesiam. Per Septembrem enim mensem præsentem, II indictione, in hac Romana urbe ad apostolorum nostri culminis protectorum limina veniens, obtulit nobis petitionem, per quam suppliciter precatus est nos, ut ejus causæ meritum cognosentes, canonice terminaremus. Obtulit denique nobis et sententiam, quam promulgavit ejus metropolitanus cuin suis episcopis aversus eundem Joannem, volens eum ostendere reprehensibilem, per quam eum contra canonum decreta penitibus submisit. Cujus exemplar et idem ejus metropolitanus nobis dixit. Propterea facientes congregari episcopos in hac urbe, ejus causa est cognita, relecta videlicet petitione ejus. Et præfata sententia ab eodem metropolitano ejus nobis directa, visum nobis est, D non secundum sacros canones eamdem esse sententiam promulgatam. Ideoque eam inanem atque vacuam statuimus fore, determinantes eundem Joannem innocentem existere, et absque aliqua culpa eam ab ejus metropolita querimur sublisse; quem merito absolvimus ad suam ecclesiæ regredi, scribentes ejus sapienti nominato metropolite, ut que per simplicitatem egerit in ejus personam contra canonum decretâ, essent vacua et inania. Eundem itaque Joannem (ut dictum est) antistitem, vestras eximias charitati per has nostras litteras commandantes, hinc absolvimus, ad vestra nimirum ambulaturum vestigia; et ut exinde rursus cum suis scriptis eum absolvere festinet, quæsumus, ad suam ecclesiæ; commandantes eum, qui-

dinem in regiam urbem apud piissimos principes, significans de ordinatione sua. Et dum suscepit esse renovantes privilegia Ecclesiæ reversi sunt, quorum [Al. add. principum] clementia (a) per eosdem missos direxerat beato Petro apostolo, et Evangelia aurea cum geminis albis miræ magnitudinis in circuitu ornatus [Al., ornata]. Ille regulam ecclesiasticam, atque vigorem, ut mos erat, omnimodo conservavit. (b) Hujus temporibus venit Constantinus Augustus de regia urbe per littoraria in Athinas, et exinde Tarentum, inde Beneventum et Neapolim per inductionem. 6. Postmodum venit Romam, id est, die 5 mensis Julii, feria 4, in inductione suprascripta, et (c) occurrit ei obviam apostolicus cum clero sno millario sexto [Cod. Luc., v] ab urbe Roma, et suscepit eum. Et ipsa die ambulavit imperator ad sanctum Petrum ad orationem, et donum ibi obtulit. Die Sabbati ad sanctam Mariam, itemque donum obtulit. Dominico die processit ad sanctum Petrum cum exercitu suo. Omnes cum cereis exierunt obviam ei [Ibid. om. ex. obv. ei], et obtulit supra altare illius pallium auro textile, et celebratæ sunt missæ. Iterum Sabbati die venit imperator ad Lateranum, et lavit se [Al., latus], et ibidem pransit in basilica Julii [Cod. Luc., Vigili]. Iten Dominico die fuit statio ad sanctum Petrum, et post missas celebratas, valefecerunt sibi invicem imperator et pontifex, duodecim dies in civitate Romana perseverans.

fideliter) mutatis verbis annexuit. Id quod a Græcis et Latinis simul animadversum fuit decima tertia actione sextæ synodi; ibidem haec relege. **S. V. B.**

(a) Per eosdem missos direxit Constans beato Petro Evangelia aurea cum gemmis, etc. Imperator callidus hæc dona obtulit Ecclesiæ, ut se catholicum et cum Romana Ecclesia communione conjunctum esse fingeret; idque propterea, ut sibi conciliaret Romauum populum, totumque Occidenteum, quem a se tanquam ab heretico et persecutore aversum esse sciebat. Ex eo quod Vitalianus pontifex munera Ecclesiæ oblata acceptari, probabile videtur quod una cum muniberis orthodoxæ fidei professionem emiserit, cum alioquin oblationes ab hereticis facias Ecclesia recusare consueverit (*B. Bon.*, anno 655, num. 2, 3 et 4). **Ib.**

(b) Hujus temporibus Constans venit Romam. Anno pontificatus Vitaliani 9, Constantini imperii 22, Christi nati 665, ut patet ex Paulo Diacono, lib. v, cap. 6, 7, 11. **Ib.**

(c) Occurrit ei obviam apostolicus cum clero suo. Imperator, qui post sanctum Martinum relegatum germanum fratrem occiderat, secundum rigorem canonum non illa humanitate acceptandus, sed potius ab omnium ecclesiæ aditu arcedens fuisset, si non cum imperatore reconciliato, et ad unionem Ecclesiæ reducto, totius orientalis schismatæ Ecclesiæ unionem futuram pontifex sperasset; quod deinceps vere factum esse, ex his patebit quæ intra de successore ejus filio Constantino Pogonato dice-

**A** Omnia quæ erant in ære ad ornatum civitatis deposita, sed et ecclesiam beatæ Mariæ ad Martyres, quam de regulis [*Ibid.*, tegulis] æreis erat cooperata, discooperuit, et in regiam urbem, cum aliis diversis quæ deposuerat, direxit. Et postmodum secunda feria egressus de civitate Romana, reversus est Neapolim. Inde terreno itinere [Al., mari Thyrreni] perrexit Rhegium, ingressus Siciliam per inductionem. Et habitavit in civitate Syracusa, et talem afflictionem posuit in populo, seu habitatoribus, vel possessoribus provinciarum Calabriæ, Sicilie, Africæ, Sardiniae, per diagrapha, seu capita, atque nautications per annos plurimos, quales a seculo nunquam fuerant, ut etiam uxores a maritis, vel filios a patre [Al., a parentibus] separarent [*Cod. Luc.*, separarentur], et alia multa inaudita perpeccati sunt, ut alicui spes vitæ non remaneret, sed et vasa exarata, vel cimelia sanctorum Dei ecclesiæ tollentes nihil dimiserunt. (d) Et postmodum 15 die mensis Julii per 11 [*Cod. Luc.*, 12] inductionem praedictus imperator in balneo occisus est. (e) Et non post multum temporis antedictus sanctissimus vir vitam finivit. Fecit autem ordinaciones quatuor, presbyteros vigilantes duos, diaconi unum, episcopos per diversa loca nonaginta septem. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die sexto Kalendas Februarii, et cessavit episcopatus menses duos, dies XIII.

mus (*Baron.*, ann. 663, num. 4 et 5). **Id.**

(d) Et postmodum die 15 Julii, inductione 11, in balneum occisus est. Anno imperii sui 27, Christi nati 668. Scribunt de eo Theophanes in Annalibus, et Cedrenus in Compendio, quod anno decimo octave sui imperii Theodosius fratrem germanum diaconum sacrum interfecit; qui post mortem frequenter apparet habitu diaconi poculum sanguine plenum ei porrexerit, et dixerit: Bibe, frater. Cujus visionis acerbitate victimus abierit in Siciliam. Post occisionem Constantem, rebellione quorundam, Mæzentius quidam imperium invadit. Constantius Pogonatus (ideo sic nominatus, quod Byzantio solvens, tenera adhuc laetitia fuisse) et Sicilia promissam barbam, ut Zonaras ait, retulisset; Vitalianus papæ suppeditis fretus, expulso tyranno, parenti succedit. Qua de causa rogavit eum pontifex sanctissimus, ut qui auxilio Dei vici set tyrannos, jam etiam superaret hereticos Ecclesiam Dei acerrimo infestantes. Detulit imperator precibus Vitaliani hoc in primis, ut quoadusque motus bellorum ingruentum componerentur, res hereticorum silentio sopirentur (*Vide Baron.*, ann. 668, num. 1 et 2). **Id.**

(e) Et non post multum temporis antedictus vir sanctissimus vitam finivit. Anno Christi 669 [671, 27 Jan.] qui est Constantini Pogonati imperatoris annus 2. In Græcorum sacra diptycha relatum Theodorus Constantinopolitanus episcopus Monotbeliu inscio et invito imperatore expunxit, ut constat et **D** epistola Constantini ad Donum papam.

## VITALIANI PAPÆ EPISTOLÆ.

[Ex Manci, lib I.]

### EPISTOLA PRIMA.

AD PAULUM ARCHIEPISCOPUM CRETENSEM.

Arguit eum quod Lappæ episcopum injuste damnaverit, et ad sedem apostolicam provocantem non dimiserit. Dictum episcopum pristino honori restituens, quæ contra illum acta fuerant declarat.

Vitalianus episcopus servus servorum Dei Paulo archiepiscopo Cretensi.

Decimo nono die mensis Decembri presentis ~~1~~ **indictionis** Joannes episcopus Lappæ urbis intra basilicam venerabilem beati principis apostolorum Petri nobis obtulit petitionem; per quam nos oboice postulavimus, atque conjuravimus per terribilem, inquietum, adventum magni Dei atque Salvatoris nostri Jesu Christi, ut secundum sacratissimos canones, institu-